# Landesbibliothek Oldenburg

**Digitalisierung von Drucken**


## Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorvm Opvscvlorvm

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm, Aliarvmqve Observationvm ... )

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX. Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.


**Beyschlag, Friedrich Jakob**



**Halae Suevorum, M.DCC.XXIX**


VII. Bevis Commonefactio de recurrente Memoria Saeculari celebris Conventus Suobacensis A. CIↃIↃCCXXVIII d. XIV. Iunii, instituti.


**urn:nbn:de:gbv:45:1-16134**



Visual Library

# VII.

# Brevis Commonefactio de recurrente Memoria Sæculari celebris Conventus Suobacenſis A. CIↃ IↃ XXVIII d. XIV. Iunii, inſtituti.

*Accedunt notitiæ quædam de illis Theologis Onoldinis, quibus Georgius Voglerus antecedentem de Viſit. Eccleſ. ſuſcipienda, epiſtolam inſcripſit.*

Homine liberali ac ſapiente minime eſſe indignum, meminiſſe, quo fere die ac tempore cœpta ſint meliorum auſpicia literarum, bene monet Cel. I. C. Colerus (*) eoque conſilio d. 26. Aug. A. 1718. Vitemberga ad S. Ven. C. A. Heumannum, (qui magno ſuo merito Doctor Theologiæ Helmſta-



dictum locum expunxerat, ceteraque ad Superattendentes in plurali utcunque accommodaverat, ſic tamen, ut alicubi veſtigia relinqueret numeri ſingularis.

(*) T. II. Actor. Philoſ. p. 604.

dii d. 15. Jan. (*) creatus eſt) exaravit epiſtolam (**) qua memoria ſæcularis adventus Phil. Melanchthonis in Academiam Vitemb. celebratur. Illo ipſo ſcilicet die ducentos fuiſſe completos exactosque annos, ait, quo vir optimus illam in Academiam devenit; aliisque reliquit, quo demum ritu, vel, ſi fas eſt, cærimonia cultuque hunc celebrare diem tum voluiſſent. Quodſi illi dies, grata poſterorum memoria recoluntur, quibus fulgidum bonis literis ſidus eſt exortum, (ita enim iure Melanchthonem vocaveris, cuius tamen in reſtauranda religione Evangelica, non minora fuiſſe merita, ſcimus,) quanto magis homine vere Chriſtiano dignum eſt, ſanctos merito habere iſtos temporum articulos, quibus olim inſignis

(*) Anno, quem nomen & munus ipſius exhibere, forte fortuna deprehendimus.
D. ChrIstophorVs AVgVstVs HeVMann, Athen. GottIngens. InſpeCtor & SS. Th. ProfeſſOr.
conf. Nova literaria, quæ Lipſiæ prodeunt, A. 1728. p. 221. ſq. & Excerpta Novell. Coburg. (Coburgiſcher Zeitungs-Extract) A. 1728. m. Mart. p. 49. Diſp. eius inaug. recenſetur in Selectæ Biblioth. Theol. Parte XXIX. p. 434. ſq.
(**) Extat ea l. c. p. 603. ſqq.

inſignis, latius propagandæ, quæ Vitembergæ a Megalandro Luthero, divinitus in hanc rem excitato, feliciſſime reſtituta erat, puriori doctrinæ, acceſſio facta eſt, vel aliud quodvis ad poſteros notabile factum contigit. Quæ cauſſa quoque eſt, cur & nos religioni nobis ducamus, ſilentio prorſus præterire diem, quo hæc ipſa ſcribimus, XIV. JUNII, *quo per DEI gratiam ducenti completi exactique ſunt anni*, ex quo in vicina nobis Franconia, Evangelica veritas lætiſſima incrementa cepit. Hic ipſe enim exoptatiſſimus dies eſt, quo GEORGIVS PIVS, Marchio Brandenb. celebrem SVOBACENSEM CONVENTVM Anno 1528. inſtituit, in eoque Eccleſiaſticam concordiam cum NORIBERGENSI SENATV confirmavit, & *generalem Eccleſiæ Viſitationem* decrevit; ſicut Rentſchiana infra quoque proferenda verba habent, ubi ſcil. utriuſque partis Theologi, XVII. articulos, in quibus ſumma doctrinæ tradebatur, propoſuerunt, referente Durrio. (*) Non eſt animus, omnia, quæ de his dici poſſent, vel ſummatim deſcribere; ſufficit nobis, indice digito, aliquot ſaltem ſcriptores

(*) In Iſag. in libros Norm. Eccleſ. Norib. p. 159

res(**) hic indicare, quos hoc de argumento evolvere, neminem forte pœnitebit. *ABR. SCVLTETVS* in Annalibus Evangelii renovati ad A. 1528. p. m. 128. edit. Hardt. vix aliquot lineis, & obſcurius hanc materiam attingit. Fuſiſſime & ex inſtituto hic verſatus eſt *RENTSCHIVS* in oratione paulo poſt citanda. Ill. *SECKENDORFIVS* in Hiſt. Luth. L. II. §. XLII. Addit. 1. p. 121. habet quædam, huc facientia, ſed, num ex XVII. illis Articulis Auguſtana Confeſſio biennio poſt compoſita fuerit, nihil certi ſtatui poſſe ait, donec ex Archivis Suabacenſes illi articuli proferantur, quod hucusque factum eſſe, negat, ſe invenire potuiſſe. Videri autem illam aſſertionem fundamento ſuo deſtitui, ſcribit Ven. Elias Frickius, in germ. verſ. Hiſt. Luth. Seckend. ad e. a. §. LII. p. 916. qui & §. LIX. p. 968 --- 972. ad a. 1529. Articulos XVII. Suobacenſes ex Vlmenſi Tabulario produxit. Cel. Iac. Guil. *FEVERLINVS* P. P. & Fac. Phil. tum Decanus, in Programmate germanico, Altorfii

(**) Quibus adiici poſſunt nonnulli ex illis, qui iuſtis voluminibus Hiſtoriam Eccleſiaſticam N. T. per omnia Sæcula deſcripſerunt.

Landesbibliothek Oldenburg

Altorfii 1720. d. 9. Maii, edito, quo *ſumme neceſſariam curam Principi circa veram civium ſuorum religionem in illuſtriſſ. exemplo Sereniſſ. Marchionis Brand.* GEORGII, conſideravit, (*) horum etiam Articulorum mentionem, etſi brevem, iniicit, cuius verba ex nota (g) adſcribere, non alienum puto a propoſito: *Dieſe 17. ſo genannte Schvvobachiſche Artickel vverden von vielen für das fundament der Augſpurgiſchen Confeſſion gehalten, vvoran auch im geringſten nicht zu zvveifeln: aber eine andere Frage iſts, ob ſie erſt zu Schvvobach ſeyen aufgeſetzt vvorden, da dann nur ſelbige (vvie ſie Herr Frick in der Teutſchen edition der Seckendorfiſchen Hiſtorie des Lutherthums erſt publicirt) mit denen ſo genannten Torgiſchen Artickeln zu conferiren ſeyn, als von vvelchen ſie faſt gar nichts differiren, und vvelche ohne zvveifel Lutherum zum uhrheber haben.*

*S. M.*

---

(*) Memoratur a Celeb. Prof. Koelero in Faſtis Univerſ. Altorf. ad A. 1719. & 1720. p. 91. ſq. addito hoc elogio; in progr. laudari, allatis optimis teſtimoniis, Georgii March. Brand. Onoldini, curam atque providentiam in reſtauratione repurgatæ religionis Chriſtianæ, qui hac de cauſa elogium Pii, Conſtantis, & Confeſſoris promeruit.

*s. M. Layrizii præſide Celeb. Iano Witteb. 1719. edit. Diſſ. de Articulis Suobacenſ.* Hæc ille. Memini eruditi diſcurſus, quem vocant, Academici, quem ante hos ipſos octo annos, in prælectionibus ſuis Theologicis de Symbolis Scriptisq; Symbolicis (*) Ven. Doctor meus, Dn. D. Pfizerus, Sacrorum Antiſtes nunc ad D. Ægid. Norib. meritiſſimus, de hoc argumento inſtituit, occaſione procul dubio ſumta a Diſſ. laud. Iani & Layrizii de Artic. Suobac. quippe quæ paullo ante lucem viderant. Hoc enim lemma (**) diſcurſus occaſionem eſſe voluit: *De fundamento*

(*) Vtinam Commentationem hanc perſpicuam doctamque, quam auditoribus ſuis in calamum tum dictavit, uberioribus annotationibus ſine dubio interim ab ipſo viro Celeb. locupletatam, in publicam ipſe ederet lucem; eam enim inter ſua MSta referri paſſus eſt in vita ſua, vitis Theol. Altorf. a Ven. D. Zeltnero editis, inſerta, p. 511.

(**) Quod ex §. xxxv. Sect. II. Hiſtoricæ, Commentationis Pfizerianæ, quam ex ipſius dictantis ore calamo excepi, & MStam ſervo, tranſcribere iuvat. Præter modica enim Prolegomena, tribus eam ſectionibus comprehenſam voluit, quarum contenta ipſis Ven. Viri

*mento Aug. Conf. conſignandæ, articulis ſeptendecim, an Torgavienſibus, an Suobacenſibus, lanus* (*) *& Layrizius* (**) *Wittenbergæ peculiari disquiſitione egerunt.* Dolet mihi, quod his ipſis diſſertationibus nunc quidem potiri nequeam; facere tamen non potui, quin lecto-

Viri verbis, pace quidem eius, ex Proleg. repetere hic publice liceat: „ Nobis, inquit, „ conſtitutum eſt, de Symbolis Librisque „ Symbolicis tum aliorum cœtuum, tum no- „ ſtri cumprimis purioris, ita commentari, „ ut Ima SECTIONE LOGICO-CRITICA, de ge- „ nuino Symbolorum, & Librorum Symbo- „ licorum conceptu, tum nominali, tum rea- „ li, ſimus ſoliciti; deinde IIda SECTIONE „ HISTORICA præcipua ex antiquiori & recen- „ tiori Hiſtoria, Confeſſionum publicarum „ colligamus exempla, & ſpeciatim Libro- „ rum noſtrorum Symbolicorum, tum omni- „ bus Eccleſiis Evangelicis communium, tum „ huic vel iſti propriorum, occaſiones & cir- „ cumſtantias enarremus; Denique IIItia „ SECTIONE THEOLOGICA, de eorundem au- „ ctoritate, iuſtoque pretio, ſubiunctis quæ- „ ſtionibus controverſis huc pertinentibus, „ breviter diſſeramus. „

(*) Reſp. M. Layrizio, 1719.

(**) Eodem anno, Præſ. M. Layrizio, Reſp. Scheufflero.

Landesbibliothek Oldenburg

lectores ad illos remitterem, quoniam eaſdem hiſtoriæ huic minime omnium ſilendæ, & hoc ipſo die XIV. Iunii, inde a ducentis annis memoria recolendæ, egregie inſervire, ex allatis didici citationibus.

Supplet tamen nonnihil apud me hunc defectum luculenta oratio Rentſchiana, cuius recenſendæ ſupra me feciſſe ſpem, recordor. Ecce integrum eius titulum: *IVBILÆVS BVRGGRAFIATVS NORICI*, hoc eſt: *Hiſtoria Reformationis Eccleſiaſticæ, quam Sereniſſ. Princeps*, DN. GEORGIVS, *Cognomento Pius, Marggrafius Brandenb. Dux Iegerndorffenſis & Burggraf. Norib. communi Statuum conſenſu, Anno* CIↃ IↃ XXVIII. *ſuſcepit, & Baruthi in Illuſtris Collegii Maiori Auditorio, ſexto Cal. Aug.* CIↃ IↃC LXXVIII. *ſolemni Panegyri repetiit M. IO. GVOLF. RENTSCHIVS, Sereniſſ. Aulæ ac Xenodochii Eccleſiaſtes, nec non Theol. Moral. Prof. Publ. Baruthi, prælo Ioh. Gebhardi, in 4. plagis tribus.*(*) Memoriæ ſeſquiſæculari Conventus Suobacenſis deſtinaverat Rentſchius hanc

(*) Citat hanc orat. Feuerlinus in cit. program. in nota (c) addens, Seckendorfium ea in Hiſt. Luth. L. I. p. 241. uſum eſſe. Equidem l. c. §. CXXXIX. nominatim Seckendorfius illam orationem

hanc ante hos ipſos quinquaginta annos habitam ab ipſo orationem: ita namque in præmiſſo ſcribit programmate: *Centeſimus nunc & Quinquageſimus annus eſt, quo Evangelica veritate illuminatæ hæ regiones Papæ ultimum dixerunt vale. Cum in Suobacenſi Conventu anno poſt reparatam humano generi ſalutem 1528. GEORGIVS PIVS Marggraf. Brandenburg. &c. &c. Eccleſiaſticam concor-*



orationem non adducit, mentionem ſaltem faciens diſſertationis, a reverendo & doctiſſimo viro, Ioh. Wolffg. Rentſchio, Eccleſiaſta Byrutenſi, ad ipſum miſſæ; ſed dubium non eſt, quin eandem orationem innuat, præſertim cum ea, quæ ibi profert Seckend. in ea habeantur. Eiusdem denuo meminit L. II. §. XLII. p. 121. add. 2. quem locum in indice I. v. Rentſchius, omiſſum eſſe, obſervo, dignum tamen iudico, qui ad priorem, ibi memoratum, referatur, ob ſingularia contenta, quæ ex Rentſchiana oratione, in hoc poſteriore loco Seckend. exhibet, quanquam illum ad v. Georgius Marchio Brandenb. in eodem indice retulerit, ubi & multa alia de Georgio Pio iunctim ſunt annotata, cum quibus ſcriptores in Feuerliniano Programm. laudati, inprimis Rentſchius im Brandenburgiſchen Ceder-Hein/ conferri merentur.

Landesbibliothek Oldenburg

*diam cum Noribergenſi Senatu confirmavit, &c generalem Eccleſiæ Viſitationem decrevit.* Quid ipſum facturum fuiſſe, quaque animi lætabundi ſignificatione optimo Numini gratias acturum, credibile eſt, ſi hoc ipſo die XIV. Iunii A. 1728. memoriam illius Conventus non iam ſesqui-ſæcularem, ſed bis-ſæcularem oratione celebrare debuiſſet. Æquum ergo eſſe puto, benevolo lectori, illi certe, cuius inprimis intereſt, talia memoria repetere, iſtam eius orationem, lectione, ut arbitror, digniſſimam, hoc præſertim tempore recognoſcendam commendari. Neque enim in illa occurrunt, quæ trita & omnibus cognita dudum eſſe, aliquis forte præſumat. Imo operæ pretium facturus videretur, qui eam, ob raritatem & præſtantiam, integram hoc anno recudendam ſuſciperet, iis additis, quæ Ianus atque Layrizius in Diſſertationibus ſupra laudatis, quadraginta poſt annos, de eodem argumento præclare commentati ſunt, etſi, de quo ſuperius dolere me memini, ad manus illas haud eſſe, ægre, ut par eſt, fero.

Cæterum cum non minima ſit, quæ in hoc ipſo Conventu Suobacenſi, cuius hocce anno memoria ſæcularis redit, decreta

eſt

Landesbibliothek Oldenburg

eſt Viſitatio generalis Eccleſiarum; licebit hinc nobis facile lectori benevolo cauſſam approbare, cur antecedentem a Ge. Voglero, ad Superattendentes Onoldinos, de ſolenni Eccleſ. Viſitatione inſtituenda, circa finem A. 1534. exaratam epiſtolam, nunc quidem in medium produxerimus. Eius enim cauſſam a priore Viſit. 1528. ſuſcepta, arceſſendam eſſe, quivis intelligit. At vero ſuſceptam eſſe, poſtquam in dicto ſæpius Conventu Suob. decreta fuerat, vel ex Seckendorfio (*) conſtat. Hic enim cum de Conventu & articulis Suobacenſibus verba feciſſet, addit: *Viſitationem inde, in Marchionis & Norimbergenſium ditionibus, ſecutam, vehementer oppugnavit Epiſcopus Bambergenſis, ſed nullo effectu. Reſponſum tamen ei a Senatu Norimbergenſi fuit, iuribus eius reformatione illa nihil deceſſurum eſſe.* Sed de huius quidem anni Viſit. Eccleſ. ſatis nunc inter omnes conſtare, ſcimus. Secus ſe res habe-



(*) Hiſt. Luth. L. II. §. XLII. Add. 1. p. 121. ad a 1528. & in verſ. germ. Frick. L. II. §. LII. p. 915. ad eund. annum. conf. citatum Programma Feuerlinianum, ubi & in nota (h) ad Rentſchii Brandenburgiſchen Ceder-Hein / p. 631. lectores ablegantur; & Zeltn. l. citand.

habere videtur cum illa, de qua A. 1535. forte habenda, Ge. Voglerus Io. Rurerum (*) aliosque Theologos Anſpacenſes, ſub finem A. 1534. in exhibita a nobis memorabili illa Epiſtola, quam ſectio huius Faſc. ſexta ſiſtit, commonefecit. Vnde conſtitutum nobis eſt, D. v. inpoſterum hac de re nonnihil diſſerere, ac Bernh. Ziegleri & Io. Rureri autographas ad Ge. Voglerum epiſtolas, huc pertinentes, huiusque ad hunc literas, proferre, aliaque connexa, utilitate forſan non carentia, monere, ex quibus & lux accedet illis, quæ D. Zeltnerus (**) dubitanter dixit.

Nunc, ne fidem p. 8. datam deſerere nos velle videamur, pauca dicenda nobis ſunt de iſtis Theologis Onoldinis, quibus memoratam ſæpe epiſtolam de Viſit. Eccl. A. 1534. Ge. Voglerus inſcripſit, nimirum de *Bernh. Zieglero, Andr. Althamero, M. Sigmundo* ( forſan Simone ) *Schnevveiſio* & *Ioanne Rurero.* (***) De ultimo horum, nempe Ioh. Rurero, primo

(*) Vtrumque Conventui Suobacenſi 1528. interfuiſſe, paullo poſt memorabitur.

(**) In Mauritii Helingi vita & fatis, §. XVIII. p. 32. in nota a )

(***) De SIM. SCHNEWEIS & JO. RVRERO Biographi

primo loco diſſerere iuvat, quoniam eiusdem ante hos ipſos ducentos annos magna fuit in Conventu Suobacenſi auctoritas,



---

graphi, quotquot nobis evolvere licuit, ſilent. Nec nomina eorum occurrunt in nuper edito indice Theologorum Evangelico-Lutheranorum chronologico V. CL. Io. Ant. Strubbergii, Osnabrugenſis. Merentur tamen ab oblivione vindicari, una cum ADAMO CANDIDO, Paſtore Creilsheimenſi, quem Rureri in Conv. Suob. Collegam ac fidum Paraſtatam fuiſſe, & verum Religionis candorem intermortuum pene revocaſſe in vitam, Rentſchius p. 12. Orat. cit. refert, qui & addit, hunc Weiſſium ſive Candidum Moguntiâ Creilsheimium veniſſe circa A. 1521. & A. 1534. ibidem finem vitæ feciſſe, eumque a ſuſpicione Crypto-Zwinglianiſmi liberatum eſſe a Seldio, (qui tum, cum Rentſchius hæc ſcriberet, ipſe Paſtor & Decanus Creilsheimenſis fuit,) in Hexaconthalitho Iacobæo. Sim. Schneweis ſucceſſorem eius fuiſſe, puto, ut ex dicendis forte patebit. Idem Adamus Candidus interfuit quoque Conventui Auguſtano 1530. celebrato, uti apud Cœleſtinum in Hiſt. Comit. Aug. T. IV. folii 134. altero latere col. a lego, ex quo id etiam Ven. Frickium in Hiſt. Luth. Seck. L. II. §. 87. p. 1108. annotaſſe video; quanquam duodecim ultimas huius p. 1108. lineas un-

magnaque merita. Quoniam tamen & ipſe GEORG. VOGLERVS ibidem præſens fuit, audiemus, quæ Rentſchius l. c. p. 14. de eo ſcripſerit: *Ex Politicorum cætu,* inquit, *comparuit Vir de univerſa Republica meritiſſimus,* Georgius Vogler, *cuius denuo non ſine honoris præfatione mentio facienda eſt. Qui non minus in rebus civilibus prudentiam, ac in ſummis illorum temporum diſcriminibus miram animi magnitudinem, quam in re ſacra pietatem infucatam, & zelum Chriſtiano homine dignum ubique oſtendebat. Comitabatur ſummum virum* Wolff-

---

cinulis incluſas eſſe, ut alibi factum eſt, oporteret, cum apud Seckend. L. II. §. 72. p. 189. col. a. ab init. non reperiantur nomina illa Doctorum Orthodoxorum a partibus Proteſtantium, qui in Comit. Aug. fuerunt, quæ ex Cœleſtino l. c. Frickius ſuæ verſioni, equidem conſilio minime illaudabili, inſeruit. Ipſe ego ad manus habeo MS. Io. Brentii epiſtolas, ex Comitiis Auguſt. 1530. ſcriptas, in apographo vetuſto, quibus inter alia hæc ſunt præmiſſa: Hertzog Jorg Marggraff von Brandenburg hat gehabt (ſubintellige auf dem Reichs-Tag zu Augſpurg) D. Joh. Brentzen / Prediger zu S. Hall. D. Adam Weyß Pfarherr von Creilßheim / Johann Rurrer Prediger zu Onoltzbach / Martinum Meglin Pfarherr zu Kitzingen. conſ.

Wolffgangus Chriſtophorus *ex generoſa & perantiqua* Wiſenthauenſi *familia, Præfectus ſeu Capitaneus Suobacenſis.* Hoc elogio merita Vogleriana, quibus 1528. inſignis in Conventu Suobac. fuit, poſt 150. annorum decurſum condecoravit Rentſchius. Agedum proferemus aliud, non minus ponderoſum, quod hoc ipſo Anno 1528. M. Aug. paullo poſt finem Conventus illius, publice eidem viro præſtantiſſimo Andreas Althamerus Brenzius dedit, in dedicatione ad Georgium, March. Brand. Onoltzbachii dicto menſe & anno ſcripta, & parti ſecundæ Diallages, i. e.



conf. Meglini huius epiſtolam ex Comit. Aug. 1530. d. 21. Aug. ſcriptam ad Conſul. & Senat. Kitzing. in fortgeſ. Samml. 1720. p. 531. ſqq. cuius etiam ſupra p. 808. mentionem inieci. vid. & Seckend. verſ. germ. p. 1108. & Cœleſtinus l. c. Ex Brentii literis MS. ad Io. Iſenmannum, V. D. M. Suevo-Halenſem, collegam ſuum, feria 6ta poſt Jacobi 1530. ex Auguſta Vind. ſcriptis, diſcô, Adamum Weiſſium vel Candidum eodem die Auguſta diſceſſiſſe: Parochus Crelsheimius, ait, hodie a nobis „ ad Eccleſiam ſuam diſceſſurus eſt, ob cor- „ poris imbecillitatem, qui ad te mittet ſcri- „ ptum Lutheri ad Cardinalem Maguntinum. „ Forte de Adamo Candido plura leguntur in Jani & Layrizii Diſſ. de Artic. Suobacenſibus.

i.e. Conciliationis Scripturarum (Norimb. 1528. 8. edit. de qua dedic. & editione vid. Relatt. Innoc. 1713. p. 737. ſq.) præmiſſa. *A te nunc Princeps* (ita ſcribit de Georgio March. Brand.) *alor, ideoque æquum erat, meos labores tuæ Amplitudini offerre — Cum videam te præ multis Germaniæ Principibus pietati ſtudere, non habita minarum quorundam furioſe furientium ratione: quos dominus nondum illuminavit, & ad verbi ſui cognitionem perduxit. Tu vero ſtrenue curas, ne foveas idololatriam, & peſtiferos quosdam cærimoniarum abuſus: unde etiam adhibes operam, ut habeas a conſiliis rectos, ſapientes, prudentesque, ne qua parte deſis officio pii Principis. Laudo igitur candorem tuum, & precor tuam Magnanimitatem, ne patiaris te avelli a promovenda pietate. Habes qui te excitant*, magni ſpiritus, & ſtupendæ prudentiæ viros, *Generoſum & nobilem virum* Ioannem Schwarzenburgeñ. Georgium Voglerum, homines pietatis ſpectatæ, *qui ambo ex æquo ſtudent, ne iſtoc tempore periculoſo Sathan regnet ubique*, orant, legunt, conſulunt, ſuadent, impellunt magno candore, & ſimplicitate: *quos non vulgares patronos meos in domino ſuſpicio, ea qua decet veneratione. Precor igitur Celſitudinem tuam, ut*

*pergas*

*pergas, velut cœpiſti, promovere pietatem, & rempublicam Chriſtianam. Dominus adſit operi tuo, benedicat tibi, & cuſtodiat te in omni tempore. Amen. Onoltzbachii. Menſe Auguſto. Anno a Chriſto nato. M. D. XXVIII.* Conſulto locum huncce, ante hos ipſos ducentos annos ſcriptum, & præter Vogleri encomium etiam Pii Georgii March. Brandenb. laudes, ob inſtitutum aliquot ſeptimanis ante Conv. Suob. quo & ſine dubio Althamerus reſpexit, complectentem, produxi integrum, cum iſta dedicatio in aliis illius libri editionibus, v. g. in illa de A. 1534. quam p. 789. excitavi, omiſſa ſit. Egregie vero piiſſimus Princeps his Althameri, Theologi Anſpacenſis, Chriſtianis adhortationibus, in promovenda Relig. Evang. & pietate, locum deinceps dedit, quod in vulgus notum eſt, & Seckendorfius, in indice I. Hiſt. Luth. voce GEORGIVS, compluribus locis docet, adductisque optimorum Scriptorum teſtimoniis uberius confirmat aliquoties iam laudatum cel. Feuerlini Programma de hoc ipſo Georgio March. Brand.

Quem adducto loco Althamerus laudat generoſum atque nobilem virum IOANNEM SCHWARZENBVRGENSEM, ſuſpicatus ſtatim

eram

eram, non alium eſſe ab illo *Ioanne, Barone de Schvvarzenberg*, cuius meminit Chriſt. Schlegelius, (*) quemque Epiſcopi Bambergenſis, Wigandi, (**) e nobili de Redwitz familia oriundi, Aulæ Magiſtrum fuiſſe, & Luthero haud obſcure faviſſe ſcribit, allegatis hanc in rem literis Lutheri ad ipſum Baronem a Schwarzenberg, T. II. Altenb. fol. 221 exſtantibus. Qua in coniectura confirmatus ſum ab Ill. Seckendorfio, (ex quo ſua hauſiſſe video Schlegelium,) qui aliquoties de illo egregio Barone agit in Hiſt. Luth. vid. Indicem v. *Schvvarzenberg*. Ex locis in indice citatis

(*) In Obſervationibus in vita Io. Langeri, primi Superintend. Coburg. §. XII. p. m. 24. edit. Gothanæ 1724. 4.

(**) Illum primum, cum lux doctrinæ Evang. Bambergæ etiam fulgere inciperet, moderatum extitiſſe, & Bullam Pontificiam Leonis X. M. D. XX. in Diœceſi ſua publicare pariter recuſaſſe, tradit Schlegelius l. c. Quæ verba non ita capienda ſunt, ac ſi Wigandus A. 1520. Bullam publicare noluerit; Wigandum enim ab A. 1522. uſque ad A. 1557. Epiſcopatui præfuiſſe, tum aliunde, tum ex D. Zeltneri notis ad §. VIII. fatorum & placitorum Paulli Lautenſack / Fanatici Noribergenſis, p. 60. ſq. conſtat.

citatis, aliquot obiter hic proferri, lectoribus non ingratum erit, ad illuſtrandum elogium, quod A. 1528. adeoque ducentis abhinc

ſtat. Sed intelligenda ſunt de Bulla notiſſima Leonis X. P. R. A. 1520. in Germaniam miſſa, qua Lutheri doctrina tanquam hæretica damnatur. vid. Seckend. ad illum annum, & Frickius in verſ. germ. p. 274. ſeqq. Aſt mox receſſit ab iſta ſua moderatione (ab ipſo quoque Luthero T. II. Altenb. f. 221. laudata, vide Seckend. L. I. §. 132. p. 224. b.) Wigandus, cuius nuper admodum Sententiam (alicubi certe nimis obſcure A. 1524. ſcriptam) contra Præpoſitos Nürmbergenſes Ge. Beſslerum & Hectorem Bemerum, ac Wolffg. Volbrechtum, ibidem Priorem Auguſtinienſem, ex reliquiis MSS. Spalatinianis, exhibuit Cl. Kappius in Spicilegii documentorum, ad Reform. Hiſtor. pertinentium, P. II. p. 633. ſqq. ad quem ipſum locum non incongruum fuiſſet, annotari memorabilem illam relationem Seckend. in Hiſt. Luth. L. III. §. LXI. p. 169. ſq. edit. Lat. & p. 1634. ſqq. verſ. Germ. quemadmodum idem Epiſcopus cum Noribergenſibus transegerit, litemque diu agitatam finiverit. Debeo hunc locum laudato Zeltnero l. c p. 61. coll. p. 8. ſqq. 59. ſqq. & p. 2. eiusd. Vitt. Theoll. Altorf. conf. &, ſi placet, Faſc. II. Syllog. noſtræ, p. 425. ſq. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

hinc annis, illi tribuit Althamerus, & memoriam huius viri eximii ſæcularem nonnihil recolendam. Primam eius mentionem ad A. 1522. L. I. §. CXXXII. p. 224. b. Seckendorfium perſpicio feciſſe his verbis, ipſi perquam honorificis: *In Franconia*, inquit, IOANNES BARO SCHWARZENBERGIVS, (*quæ familia inter equeſtres a multis ſeculis ſplendidiſſima, dudum in Baronum & Comitum, nuper etiam in Principum ordinem evecta fuit.* conf. ad hæc Seckend. verba Lexic. Hiſtor. Vniverſ. T. IV. p. m. 329. edit. Baſil.) *aulæ Bambergenſis Magiſter, vir erat non indoctus, ſcriptisque quibusdam clarus, & Luthero favere cœperat, ſed ita, ut nondum omnia eius dogmata probaret. Huius literis Lutherus menſe Septembr.* (*vid. Tom. II. Altenb. f. 221.*) *reſpondens, inter alia laudat moderationem, Epiſcopi Bamberg. & parci petit interceſſione Baronis, Paſtori Coronacenſi, qui uxorem duxerat. &c.* Allatum modo Seckend. locum, facta ſimul Schwarzenbergii mentione, citat Zeltnerus in allegata vita Lautenſackii, p. 59. in notis ad §. VII. Idem Seckend. l. c. f 259. ad a. 1523. f. 289. ad a. 1524. f. 316. ad e. a. meminit Schwarzenbergii, & cit f. 316. ad a. 1524. ait, eum

filiam

filiam ex cœnobio retraxiſſe, & magnum inde a Luthero præconium eſſe meritum, ut conſtet ex epiſtola ad eum, d. 21. Dec. h. a. ſcripta, quæ legatur T. II. Altenb. f. 515.

Ad a. 1528. (eundem ſcil. quo Althamerus ad March. Georgium de Io. Schwarzenburgenſi & Ge. Voglero tam honorifice ſcripſerat,) idem Illuſtris Lutheraniſmi ſcriptor de *Io. Schvvarzenbergio* loquitur. Poſtquam enim L. II. §. XLII. Add. II. f. 121. ſq. de Conventu Suobacenſi, aliisque Georgii March. Brand. negotium Relig. ſpectantibus inſtitutis, deque eiusdem cum Electore Saxoniæ per literas & legatos ſuſceptis in eadem cauſſa deliberationibus dixiſſet, hæc tandem refert: *Miſſus erat menſe Februario* (ſcil. a. 1528.) *Onoltzbachium ab Electore Eberhardus* von der Tann (*) *: cum hoc, ut ex eius relatione percipitur, Marchionis abſentis nomine egit Iohannes a Seckendorff, præſente IOHANNE a SCHWARZENBERG BARONE, Vito a Lentersheim & GE. VOGLERO, Præfecto Cancellariæ* (Cantzley-Verweſer.) Hæc ille.

Elias

(*) Eadem ex Seckend. fuſe repetit, & NB. haud pauca de CONVENTU SVOBACENSI, A. 1528. habito, narrat Schlegelius in vita Io. Langeri, §. XLIV. p. 83. ſq.

Elias Frickius in verſ. germ. Hiſtor. Luther. Seckend. ad e. a. Lib. II. §. LII. p. 917. de hoc Electoris Saxoniæ legati cum conſiliariis Georgii March. habito colloquio, agit, ſed nomina eorum, adeoque nec Schwarzenbergii, haud commemorat, qui tamen tribus prioribus, a nobis ex Seckend. adductis, locis, huius Baronis meminit, p. 528. 565. & 670. Sed p. 917. ad 1528. & p. 1793. ad a. 1539. quibus in locis Seckendorfius denuo de Schwarzenbergio ſcripſit, Ven. Frickius nomen eius omiſit, uti de poſtremo hoc loco paullo poſt dicemus.

Redeundum nunc eſt ad locum paullo ante ex Seckend. ad a. 1528. prolatum, ubi *Ioh. Schvvarzenbergii* & *Ge. Vogleri* ſimul iniicit mentionem, pari fere ratione, ac Althamerus l. c. Georgium March. compellans, eorum nomina ita coniunxerat: *Habes, qui te excitant, magni ſpiritus, & ſtupendæ prudentiæ viros, Generoſum & nobilem virum IO. SCHWARZENBVRGEN. GEORGIVM VOGLERVM, homines pietatis ſpectatæ*, & reliqua, quæ ſupra ex eo tranſcripſimus. Hæc vero verba ideo repetimus, ut lectoribus coniecturam noſtram clarius nunc expendendam demus, qua probabile nobis

fit,

fit, Io. Schwarzenbergium, Aulæ Bambergenſis antea Magiſtrum, non alium eſſe ab hoc, quem Anno 1528. Andr. Althamerus, Theologus Onoldinus, & diu ſatis poſt ipſum, Ill. Seckendorfius ad eund. annum ita commemorarunt, ut ex verbis ipſorum appareat, Io. Schwarzenbergium deinceps Onolzbachium conceſſiſſe & Georgio Br. March. ſua addixiſſe & commodaſſe officia.

Supereſt adhuc unicus locus in Lutheraniſmi Hiſtoria Seckendorfiana, in quo nomen *Ioannis Baronis a Schvvarzenberg* legitur, quem tamen, cum in indice citato male ſit indicatus, neque in erratorum elencho emendatus, non niſi multo ſtudio reperire potui. Scilicet ablegatur ibi lector ad L. III. §. LXXIV. n. 16. Primus & ultimus numerus recte ſe habet; ſed in medio vitium hæret, & pro LXXIV. levi transpoſitione LXXVI. legendum, dictusque locus novem foliis verſis, quærendus eſt, ſcil. p. 248. ad a. 1539. Hic cum Seckendorfius verboſe excerpſiſſet præſtantiſſimum D. Mart. *Lutheri de Conciliis & Eccleſia* A. 1539 a Io. Lufftio, in 4t. excuſum librum; factum eſt, ut præeunte Luthero, Io. Schwarzenbergium etiam commemoraret. In lemmate 16. enim

enim, ubi Lutherum optaſſe legitimum concilium, oſtendiſſet, hæc de Luthero ſcribit: *Suadet, ut ex omnibus regionibus ſeligantur viri ſolide in ſacris literis eruditi, quibus gloria Dei, fides Chriſtiana, & ſalus Eccleſiæ atque animarum, cum pace orbis terrarum, curæ & cordi ſit; adhibendos etiam eſſe quosdam* ex laicis prudentes & probos, *qualem fuiſſe ait IOH. BARONEM a SCHWARZENBERG, de quo alibi dictum eſt. Sufficere poſſe exiſtimat trecentos*, &c. Hæc Sekendorfius, qui in poſtremis his verbis ad ea loca reſpicere lectores iubet, quæ ſupra ex eodem partim tranſcripſimus, partim excitavimus. Recenſuit ille dictum Lutheri librum, quem tamen, forte præter meritum, libellum vocat, ex editione, quæ habetur in Tom. VII. Altenb. a fol. 236. ad 295. ad quam Ven. Frickius etiam ſuam eius deſcriptionem (p. 1785. ſqq. verſ. germ. Hiſt. Luth. Seck. extantem) adornaſſe videtur: qui tamen p. 1793. allatam modo ex Seckendorfio Lutheri ſententiam ita pro ſcopo ſuo expreſſit, ut nonnulla, uti in tota recenſione, ita hic quoque (id quod ſupra innuimus,) omitteret. En verba Frickiana, vel potius Lutheri ipſius: *Man ſolte aus allen Landen*

*fordern*

*fordern recht gründlich in der Schrifft gelehrte Leute, die Gottes Ehre, den Chriſtlichen Glauben, die Kirche, der Seelen Heyl und der Welt Friede mit Ernſt meyneten*, darunter auch etliche verſtändige vom weltlichen Stand, *und wäre überall an 300 genug.* Ad manus mihi eſt prima huius tractatus Lutheri ſupra memorata editio, (quales avtographorum nomine Hardtiana compellatione vocari conſtat.) Ibi in litera X. extrema, (*) ſequentia lego, quorum partem ex Frickio modo ante dedi: *Man müſte aus allen Landen foddern die recht gründlich gelerten Leute in der heiligen Schrifft, die auch Gottes ehre, den Chriſtlichen glauben, die Kirche, der ſeelen heil, vnd der welt friede, mit ernſt vnd von herzen meineten, Darunter etliche von weltlichen ſtande, (Denn es gehet ſie auch an) die auch verſtendig vnd trewhertzig weren.* Als wenn Er *HANS von SCHWARTZENBERG* lebete, dem wüſte man zu ver-



(*) Numeri enim paginis nulli ſunt impreſſi, conſtatque liber ex I. Alph. & 4. plag. En titulum eius: Von den Conciliis vnd Kirchen. D. Mart. Luth. Wittemberg/1539. 4. In fine hæc extant: Gedrückt zu Wittemberg durch Hans Lufft, M. D. XXXIX.

trawen, *oder ſeines gleichen, vnd vvere gnug, vvenn jr vber alle dreyhundert vveren, auserleſene Leute, da man Land vnd Leute auffſezen möchte*, etc. Non metuo, ne lectorum ingratiis integer hic locus productus a me ſit; teſtimonium enim hoc ita eſt comparatum, ut facile inde pateat, quantum Megalander noſter Nobiliſſimo illi Viro tribuerit, quem & binis dudum ante literis, quarum ſuperius fecimus mentionem, ornavit. (*) Dicta vero Lutheri verba innuere

(*) Priores Lutherus ad Schwarzenbergium A. 1522. dedit, quas Seckend. in Indice III. qui Scripta Lutheri per annos recenſet, ad e. a. num. 29. in T. II. Altenb. p. 220. extare ſcribit. Easdem Frickius im Regiſter der Schrifften und Wercke Lutheri, p. 2764. ad e.a. commemorat, illasque reperiri ait in eodem T. II. Altenb. p. 220. & in Tomo I. Isleb. f. 118. (In T. I. Isleb. n. 17. Epiſtolam ad Ioannem Baronem de Schwarzenberg contineri, confirmat quoque S. R. Abbas Io. Fabricius in Hiſt. Bibl. ſuæ P. I. p. 465. ubi Tomos duos Lutheri Opp. germ. qui Islebiæ prod. recenſet.) Quando tamen ibid. Frickius lectores ad L. I. §. 131. verſ. ſuæ germ. Hiſt. Luth. Seck. remittit, ubi ſcil. huius epiſtolæ ipſe feciſſet mentionem; pace viri

innuere videntur, Schwarzenbergium iam tum in vivis eſſe deſiiſſe; ſaltem Lutherum dubium fuiſſe, indicant, fruitusne tum adhuc vitali aura fuerit, nec ne? D. Ge. Cœleſtinus in Hiſtoria Comitiorum A. M. D. XXX. Auguſtæ celebratorum, T. IV. f. 130. b. exhibet Catalogum Georgii March. Brand. Conſiliariorum & Aulicorum, qui celebri illi conventui interfuerunt. In iis etiam occurrit *Fridericus, Dynaſta a Schvvartzenberg.* Qui num frater, vel filius Ioannis noſtri fuerit, an ipſe Ioannes, quem A. 1528. Onolzbachii iam fuiſſe, ſupra oſtendimus, hic intelligatur, ignorare nos fatemur. Filiam certe habuiſſe Ioannem, item ex ſuperioribus conſtat, ubi Filiam eum ſuam



viri Ven. mendum ibi latere, indicamus; cum §. 133. præſtitum id ab eo fuerit. Et in hoc ipſo §. 133. p. 528. citatur T. II. Altenb. p. 120. ſed p. 220. extare Seckend. ait. Alteram Lutheri ad Schwarzenb. epiſtolam Tom II. Altenb. f. 515. haberi, idem Seckend. in laudato Indice III. ad a. 1524. n. 45. docet. Eadem in ſuo indice ad e. a. confirmat Frickius, addens, reperiri eam quoque T. I. Isleb. f. 185. (quod & Io. Fabricius l. c. p. 466. ad a. 1524. n. 4. indicat.) Allegat ibid. Frickius L. I. §. 162. operis ſui, paullo ante laudati; ſed §. 164. (p. 670.) citare debuiſſet.

ex cœnobio retraxiſſe, p. 844. Seckendorfio teſte, probatum dedimus.

Scripta hæc a me erant, paucis exceptis, & typographo tradita, cum forte in Cel. Krauſii præfat. ad Nova Lit. 1727. legerem, (*) de *Io. Schvvartzenbergio* nuper aliquid Cl. *Io. Frid. Chriſtium* elucubraſſe. Cupidus evolvo indicem, v. *Chriſt;* remittor ad p. 502. ubi lætus deprehendo, virum illum elegantiſſime doctum de *IOH. SCHWARTZENBERGIO*, viro pacis pariter atque bellicis artibus inſigni, commentationem (**) edidiſſe. Eodem tempore incidit in manus meas eiusdem Chriſtii Specimen III. Noctium Academicarum, (de quo infra in Novis Liter. paucula dicentur,) ubi in Obſerv. XVIIII. § VI. p. 251. ex Camerarii quodam libro Hermanni Com. a. Nuenar epitaphium

(*) In folii decimiquinti altera pagina.

(**) A. 1726. m. Sept. Halæ Sax. in 4t. plag. 3. additis binis figuris, ære expreſſis. Laudatur eadem in Novell. Excerptis Coburg. 1726. p. 248. ſq ubi Cel. Chriſtius adieciſſe dicitur Io. a Schwarzenberg, Nobilis quondam Viri in Franconia, iconem, quam ipſe Chriſtius ad exemplar celebris olim pictoris Alberti Düreri in æs inciderit.

phium exhibet, addens, ex eodem ſe etiam *Ioh. Schvvarzenbergici* & Hutteni epitaphia dediſſe. Hanc ergo commentationem Chriſtianam omnino adeat, qui plura de hoc Barone ſcire geſtierit.

Sed e diverticulo in viam redire tandem decet, cum ob *Georgii Vogleri* memoriam, hanc de *Schvvarzenbergio* digreſſionem interſertam eſſe, facile pateat, occaſione ab Althameri præconio, quo utrumque ornatum olim voluit, ultro ſuppeditata. Idem Andr. Althamerus A. 1526. d. 3. Oct. *Ge. Voglero*, quem *Caſimiri March. Brand. Secretarium Onoldinum* vocat, tractatulum *de Sacramento Corp. & Sang. Domini noſtri Ieſu Chriſti* (*) inſcripſit. Vidi quoque in Herm. von der Hardt T. I. antiq. liter. monum. p. 272. eiusd. Althameri Concil. locorum Scripturæ, qui ſpecietenus inter ſe pugnare videntur, editionem Norimb. de A. 1530. 8. (**) commemorari, quæ



(*) Von dem hochwürdigen Sacrament des Leibes und Blutes unſers HErrn JEſu Chriſti / wider die irrigen Geiſter / ſo uns das Nachtmal des HErren zu nichtigen. in 4to. 3. Bogen. vid. Unſch. Nachr. 1713. p. 735. ſq.

(**) Aliarum editionum ibidem 1528. 8. & 1534. 8. excuſarum, ſupra p. 839. 840. & p. 789. 841. fecimus mentionem.

quæ ad *Ge. Voglerum*, *Georgii March. Brand. Archigrammateum*, directa ſit. Eandem editionem, Hardtio teſte, adduci lego in Relatt. Innoc. 1715. p. 88. facta hac ipſa Georgii Vogleri mentione. Illo ipſo A. 1530. Vinc. Obſopœum, qui Onoltzbachii ſcholam habuit, ad *Ge. Voglerum* Brand. Cancell. epiſtolam, Marco Heremitæ præfixam, dediſſe, ex Maittairii Ann. Typ. T. II. p. 388. coll. p. 749. obſervavi in Sylloges huius Faſcic. II. p. 402. ſq Binas dedicationes Althamerianas, cum hac ipſa Obſopœi, mihi haud ingratas fore, ſi quis me iis beaverit, ex iis, quæ in Faſc. III. p. 535. & 567. dixi, coniicere licet. Denique *Ge. Voglero* A. 1532. d. 12. Octobris, nuncupaſſe perſpicio ſuam Ioan. Brentii in Evang. Iohannem Commentarii verſionem germanicam (*) *Hiobum Gaſt*, hoc præmiſſo elogio: *Dem Erbaren vnd Hochachtbaren Georgen Vogler, der Durchleuchtigen Hochgebornen, meiner gnedigen Fürſten vnd Herrn*

(*) Eſt mihi ad manus editio, hoc tit: Der Evangeliſt Johannes Außgelegt durch D. Johannem Brentium. Verdeutſchet durch Hiobem Gaſt. M. D. XXXIX. 8. in fine legitur: Getruckt zu Hagenaw durch Valentinum Kobian / Anno ꝛc. 1539.

*Herrn Der Marggraue zu Brandenburg Cantzler zu Onoltzſpach.* Dedicationis finis hic eſt: *Datum am S. Thomastag, Anno M. D. XXXII. den XII. Octobris. E. A. vvilliger Hiob Gaſt.* (*)



(*) Videtur mihi Hiobus Gaſt, ut hunc Comment. Brentii in vernaculam noſtram transfunderet, commotus eſſe elogio iſto, quod illi tribuit ipſe b. Brentius noſter, in fine dedicationis, qua hanc ipſam Exegeſin ſuam in Evang. Iohannis, Haganoæ, per Ioh. Secerium An. M. D. XXVII. 8. excuſam, fratribus ſuis in Creichgoia Chriſtum ſynceriter & conſtanter prædicantibus nuncupavit. En dedic. clauſulam: „ Valete in Chriſto, ex Hala Suevo- „ rum Calen. Martiis, Anno XXVII. Salu- „ tant vos diligentiſſime, Iohannes Iſenman- „ nus Symmyſtes noſter, in Domino fidelis „ (vid. de eo ſupra p 839.) & Hiob Gast, „ amœniſſimi ingenii homo, literis & pietate „ clarus, & alii nobiſcum Chriſtum prædican- „ tes. „ Hactenus Brentii verba. Eiusdem Hiobi Gast ad Ioan. Stiglerium ſuper controverſia rei Sacramentariæ, 27. Nov. absque anni indicio, (quem tamen 1525. eſſe, facile intelligitur,) exarata epiſtola legitur in illa editione Syngrammatis Suevici, quæ Norimbergæ, ex officina Gabr. Hayn, M. D. LVI. 8. prodiit, lit. E. 7. 8. Integer huius editionis titulus exhibe tur in Relatt. Innoc. 1713. p. 736. Variæ

Obiter obſervo, hunc ipſum Hiobum Gaſt Io. Brentii Comment. Germ. in Eccle-ſiaſtem

---

Variæ acceſſiones in eadem habentur, quæ in illa editione Syngram. Suev. quam Petrus Brubachius Francof. ad M. 1561. 8. impreſſit, fruſtra quæruntur, ubi & nec dicta Hiobi Gaſt epiſtola reperitur, & in titulo male A. 1526. legitur, conſtat enim, A. 1525. Syngramma illud exaratum eſſe; qua de re ſuo tempore & loco fuſius agemus. Vbi degerit tum Hiobus Gaſt, cum epiſtolam illam A. 1525. ſcriberet, & cum Brentiano encomio A. 1527. ornaretur, exploratum non habeo. A. 1528. vero Paſtor Cadoltzburgenſis fuit, ſub ditione March. Brand. Onold. C. E. Nigrinus p. 22. des kurtzen Entwurffs des preißwürdigen Franckenlands / Nürnberg 1673. 12. hæc habet: Cadoltzburg / iſt ein Marggräfiſch-Ohnſpachiſch Schloß / Haupt-Amt und Dorff. Amici beneficio poſſideo libellum, paucis hodie cognitum, & Anno 1528. aliquot ſaltem menſibus poſt Conventum Suob. ad Georgium March. Brand. ab Hiobo Gaſt ſcriptum, quem & ob eandem memoriam ſæcularem excitare paucis volui; Titulus iſte eſt: Gründliche Antwort und krefftige / mit heyliger Göttlicher geſchrifft Ableynung / auff etlich gſchrifft drey Artickel Chriſtlich leer und weſen betreffend / des Probſt zů Langenzeen / (oppidulum eſt tribus milliaribus Norimberga diſtans, ſub eadem

ditione

ſiaſtem Salomonis, Haganoæ 1528. editum, latinitate donaſſe, ibidemque eodem anno excudendum curaſſe, ſi fides habenda Chri-



ditione March. Brand. Onold. vid. Nigrinus l. c. p. 48.) an den durchleuchtigen hochgebornen Fürſten vñ herrn / herrn Georgen / Marggrauen zu Brandenburg ꝛc. **Durch Hiobem Gaſten Pfarher zu Cadolzburg.** Anno M. D. XXVIII. Menſe Novemb. Quinque philyris abſolvitur, & forma octuplici typis eſt exſcriptus. Auctoritate & iuſſu ipſius Georgii March. Brand. auctor ad hunc libellum ſcribendum ſe impulſum eſſe, in fine eius diſerte ſcribit. Notabilia ſunt verba fol. 3.a. occurrentia: Nu wöllen wir das faren laſſen/ vnd im namen Chriſti zum ſchwerd greyffen / wider diſen nicht ſehr grauſſamen noch forchtwirdigē Goliad zu kempffen / vnd ſeinen tandt den erſten artickel/ des ſacraments betreffend / hertzenhafft angreyffen/ vnd in krafft des almechtigen/ gewaltigklich ſtürtzen / vñ E. F. G. ſampt irem gepiet vñ fürſtenthumb zu manlichem hertzen vnd erhaltung in beſtendigkeit erkanter vnd angenumener warheit / in ſchutz vnd ſchierm des ewigen barmhertzigen Gottes beſolhen haben vntertheniglich. etc. Eadem fere in duabus ultimis paginis repetit, hanc ſubiiciens clauſulam: E. F. G. gantz ergebner vntertheniger Hiob Gaſt.

Landesbibliothek Oldenburg

ſtoph. Hendreichio in Pandectis Brandenb. p. 725. col. a. voce: Brentius. Idem p. 724. col. b. de ſacris Brentii in Evang. Lucam laboribus, non unius generis, agit, quorum quosdam Halæ Suev. A. 1537. 1538. 1540. prodiiſſe ait. Sunt mihi variæ epiſtolæ Io. Brentii ad *Ge. Voglerum* avtographæ, & huius ad illum; quas alibi omnes luci nos fideliter reddituros ſpondemus, cum in iis inſint, quorum publicatione non plane nullas a multis gratias inituros nosmet ſperamus. Nunc partem ſaltem unius *a Voglero ad Brentium* die Mercurii poſt ferias Simonis & Iudæ Apoſtolorum, Anno M. D.XXXVII. ſcriptæ proferimus *epiſtolæ*, quam ab eadem manu, amanuenſis ſcil. Vogleri, exaratam eſſe, videmus, qua eiusdem de Viſit. Eccl. epiſtolam, quam ſectione VI. dedimus, ſcriptam eſſe, p. 787. monuimus. Sed & hanc epiſtolam Voglerus recognovit ipſe, & extrinſecus ſua manu hanc fecit rubricam: **Mein Antwort an Herr Johann Brentzen/ uff ſein** dedicirte Homelias, **in halben tail des Evangeliſten** Lucæ, **ſamt ainem verdeckten verguldten Trinckgeſchirrlein um** XXIJ. **Gulden/** 1537. Fuit vero tum Winshemii, cum hancce ſcribe-

ret

ret epiſtolam, uti ex ſubſcriptione liquet. En tibi partem illius priorem, omiſſis nonnullis lineis, quæ illam præcedunt:

Ex literis Ge. Vogleri ad Io. Brentium.

*Beſonder günſtiger lieber Herr. Für beede ſchreiben, am datum in die Mathei Apoſtoli, vnnd Montags nach Dioniſi, nechſt verſchienen, hab ich ſambt Evren Homelias jnn den halben tail des Evangeliſten Luce, mir Armen geſellen dedicirt, alles Inhaltz vernomen. Vnnd vviewol mir ſolich Dedication zue höchſtem (vnnd doch meinenhalb zue ganz vnvvirdigen) Lobe Raicht, trag jch doch derſelben darumb beſchvverden, das ich dagegen kein Vergleichung zethon vvayß. Dann ob Jr vvol mit ſolichem gar kain gegenvererung ſucht, vvie auch auß dem erſcheint, Das Jr mir armen geſellen ſolich köſtlich buch zuſchreibt, do Ir euch keine Widervergeltung zu verſehen habt, vnnd doch gemelt (gleichvvol in allvveg vnvergeltlich) Buch groſſen Herrn het dedicirn, die euch vviederumb reiche vererung heten thon mögen, So erkenn ich doch das mir gegen Eurm ſo hochgünſtigem erzaigen, mer dann mein vermögen eraicht, ze thon gebüret. Ir hetet mir auch kain höher lobe in eur Dedication geben können, dann das ich euch guten vvillen erzaigt,*

*zaigt, vnnd Mir andere frome Kirchendiener ſolle haben bevolhen ſein laſſen, mit ermanung ſolichs noch ze thon &c. Got vvolte das ich ſoliches lobe jn der that vvarmachen möchte, dann das vver mir lieber, dann aller vvelt zeitlicher Rumme, Auch gevviſslich nichts anders, dann das ich mich allſo gegen vnſerm Herren vnd Hayland Iheſu Chriſtj verhalten hete, vnnd noch hielte, vvie dann der Herr ſelbſt ſagt, vvas man ſolichen ſeinen getreuen dienern, ja den vvenigſten aus den ſeinen, das thue man Ime ſelbs. Das billich alle die Criſten ſein vvollen, raitzen vnnd verurſachen ſolt, euch vnnd andern rechtgeſchaffen dienern ſeiner hailigen Chriſtlichen kirchen, nichts anders dann alle ere, liebs vnnd guts, mit der that vnnd rainem hertzen zu erzaigen, vnnd das nit allein ich, Sonder meniglich daſſelbig getreulich thue, darumb vvollen vvir alle Got vnſern himbliſchenn Vater, durch den herrn Chriſtum, on vnderlas vertreulich biten, dann on ſein gnade können vvir gar nichtz thon, noch vil vveniger ain ſolich koſtlich vverck, das aller heuchler vermainten gotsdienſt vbertrifft, volbringen, Aber mit gotlicher hilffe, vvill ich eur Criſtlichenn vermanung jngedenck vnd derſelben zu volgen, meins beſten vermögens gefliſſen ſein.*

Hactenus Vogleri ad Brentium verba.

Ad extremum memorare hic iuvat, ſcriptum illud *Martini Meglini* ad Georgium March. Brand. A. 1529. Norimb. 4. impreſſum, cuius nobis copiam fieri, ſupra p. 808. exoptavimus, & in quo elogium Ge. Vogleri, quod Meglinus illi tribuit, dum ipſum *verbi divini miniſtrorum Obadiam* vocavit, extare, ſcripſimus, interea, dum hucusque ſcribendo pervenimus, nobis ipſis oblatum eſſe, non quidem ex prima, modo dicta, editione, ſed ex iterata eius impreſſione. Dum enim aliud agentes, D. Lud. Rabi, Superint. tum Vlmenſis, Hiſtoriæ martyrum & Confeſſorum Dei partem ſextam M. D. LVII. Argent. in 4t. germ. lingua excuſam, evolveremus, læti incidimus in fol. XXXVIII. ſqq. ubi illud, una cum duobus aliis ad eundem Georgium March. Brand. olim ſcriptis, repetiit, addens, omnia typis olim edita, & nunc a ſe, ut libro ſuo ea in ſingularem lectorum utilitatem atque ſolatium insereret, digna iudicata eſſe. Qua quidem in re operæ pretium ipſum feciſſe, nemo non exiſtimabit, qui vel ea legerit, quæ de Megliniano libello in Relatt. Innoc. 1705. p. 810. ſq. habentur, ubi rarus is dicitur, ex editione ſcil. Norimb. vetuſta:

Lud.

Lud. Rabum enim typis recudendum ſuscepiſſe, fugit doctiſſimos Collectores. Agemus forte alia vice de eodem ſcripto: nunc quidem ex fol. LIII. b. nonniſi dictum elogium Vogleri ipſis Meglini verbis exhibemus. Ita enim ſcribit circa finem libelli Meglinus. *Gnädiger Fürſt und Herr, diß iſt die treüvvliche Ermanung, die ich Eüvver Fürſtlichen Gnaden vorlangeſt zubereyt vnd gehn Speyr, inn diſen leüffen der Anfechtung zu ſchicken vervvenet hab,* (*) *Dievveyl aber zu derſelben zeyt kein bequämer Bott daſelbſthin vorhanden gevveſen, vnd ſich der Reichstag gähling geendet, vnd die Stände von einander geſcheiden ſeind, hab ich ſolche Schrifft zu den andern vnnützen Brieffen gevvorffen, biß mich Euvver Fürſtlichē Gnad* Cãtzler Ge. Vogler (*fürvvar ein mann zugleich fürſichtig als Chriſtenlich, vnnd nach Eüvvern Fürſtlichen Gnaden*

---

(*) In præfatione præmiſſa & Kitzingæ A. 1529. exarata, ſcribit Meglinus, ſe hanc admonitionem Chriſtianam ad March. Brand. Spiram transmittere: die ich auch Eüwer Fürſtlichen Gnaden gen Speyer / (allda diſer leut betröuwung am meyſten vnder dem volck mit mancherley geſchrey außgegoſſen werden) vberſende ꝛc.

*den* der Propheten vñd Diener des Evangelii, ein warhafftiger Abdias) *ermanet, Ia auch vvie er macht hat, mit mir ſchafft, diſe mein arbeit Eüvver Fürſtlichẽ Gnad nachmals zuzuſtellẽ, mit anzeig, das eben dieſelben vorigen färlichkeyten noch vor augen, vnnd von den Widerchriſten täglich gehauffet vverden, darvmb hab ich gedachtem mann, dem ich in vil einem mehrern verpflicht binn, gehorcht. Vnd ſende nun dieſelb vermanung, dergeſtalt, vvie geſagt iſt, Nemlich nit vmb vntervveyſens vvillen, ſonder zu bezeugung meyner zu Eüvver Fürſtlichen Gnad habendẽ lieb*, & reliqua. Ex his patet, Ge. Vogleri auſpicio in publicum deinceps promanaſſe hoc ſcriptum, poſtquam Meglinus, ut videtur, in MS. illud Georgio M. B. exhibuit. Eodem A. 1529. ad eundem Georgium M. B. Io. Brentius quoque illam epiſtolam, Halæ Suev. die Sabbathi poſt Catharin. dicto anno ſcriptam, quam ex Hortledero integram exhibet Reverendiſſ. Academiæ Tubing. Cancellarius, Dn. D. C. M. Pfaffius. (*) Sequente deinceps an. 1530. Georgius utrumque, Brentium & Meglinum, ſecum in Conventu

(*) In Faſc. I. p. 212. ſqq. Actorum & Scriptorum publicorum Eccleſiæ Würtembergicæ.

ventu Auguſtano habuiſſe, ſupra p. 838. ſq. obſervavimus.

Verum enim vero contrahenda tandem ſunt vela, &, poſtquam præter opinionem de *Io. Barone a Schvvarzenberg* , *Ge. Voglero*, aliisque, plura, quam inſtitutum forte ferebat, protulimus, neque tamen omnino ingrata forſan futura; paucula adhuc de memoratis ſæpius *Theologis Onoldinis* (*) nunc tandem afferemus: ea enim, quæ de *Schnevveiſio* & *Rurero* p. 836. ſqq. & p. 839. ſq. 853. ſq. de *Althamero* dicere inchoavimus, aliarum rerum memorabilium obſervatione nonnihil interrupta eſſe, ipſimet fatemur, & eam ob cauſſam veniam petimus, damusque viciſſim, ubi alios hanc expoſcere videmus. Sed nec hic lectorem prolixam eorum notitiam expectare a nobis volumus, quandam ſaltem notitiam p. 825. polliciti;

&

(*) Scil. de Bernh. Zieglero, Andr. Althamero, M. Sigmundo (rectius forſan Simone) Schneweiſio, & Io. Rurero, de quibus nonnulla obſervare nos velle p. 788. 819. 819. 825. innuimus, & p. 836. ſqq. ex parte cœpimus; in qua ipſa tamen p. 836. lin. 14. pro p. 8. legendum eſt p. 825. vel 819. ubi fidem eapropter dedimus.

& cum paucula in fine p. 819. de iis promiſimus, paucula iam præſtamus, alio tempore, ſi DEVS voluerit, & vivamus, plura daturi; neque enim animus fert, eam, quam p. 836. dedimus fidem, non aliquando liberare.

De IOH. RVRERO initium faciemus, ob cauſſam p. 836 ſq. allatam. Diximus ibi, magnam eius fuiſſe ante hos ipſos 200 annos in Conventu Suobacenſi auctoritatem, magnaque merita. Qua ex ratione forſan in laudatis Iani & Layrizii Diſſertt. de Articulis Suobac. elogium eius haberi, credimus. Conſulat eas, cui licet. Nos Rentſchium (*) potiſſimum nunc ſequimur, cuius hæc ſunt verba, equidem prolixiora, quæ memoriam *Rureri* bis-ſæcularem egregie hoc ipſo anno inſtaurant: *Aderant ibi* (ſcil. in Conventu Suobac. A. 1528.) *indicto termino die Mercurii poſt Corporis Chriſti Feſtum, Legati Brandenburgici pariter ac Noribergenſes, Viri utriusque ordinis ſummi, Eccleſiæ ac Reipublicæ columina. Ex Theologis quidem primæ Abbati Heilsbronnenſi Iohanni Wenckio (qui bis in eodem Monaſterio, ob inſignem*



(*) In oratione ſuperius p. 832. ſqq. laudata, ubi vid. p. 12.

*prudentiam Abbas electus eſt, ) debebantur, qui tamen neſcio quam cauſatus humilitatem*, daß Er ſich der Regierung der Pfarrer nicht unterſtehe / und nie darmit umgangen ſey/ *partes ſuas* Germaniæ Chryſoſtomo, IOHANNI RVRERO, P. C. Paſtori (*) Onoldino, *contulit. Hic ergo felices admovit manus; Hic RVRERVS eſt*, qui ruituram alto de culmine Romam *omnino deiecit, qui RVRA cordium ſemine verbi divini fœcundavit.* Pauca ſunt, quæ de hoc RVRERO poſteritati innotuerunt. *Neque enim in terris famam, ſed in cœlo coronam quæſivit. At hoc unum facinus præclarum & memorabile, omnia trophæa tranſcendit, omnia Epitaphia ſuperat, quod aggredi periculoſiſſimum & ſummum opus anniſus eſt; quo tot hominum millia, non Anti-Chriſti modo Epiſcopis, ſed & ipſi dæmoni eriperet.* Hæc Rentſchius de Rurero; qui & paullo poſt de Adamo Candido, eius ibi Paraſtata & Collega agit, quæ cum p. 837. ipſo duce, monuerimus, hic quidem repetere ſuperſedemus. *Paſtorem Onoldinum* Rurerum hic vocat Rentſchius. Recordamur opportune eorum, quæ hac de re in Contin. Relatt.

(*) Vide quæ mox ex Relatt. Innoc. annotabimus.

Relatt. Innoc. (fortgeſ. Samml.) 1720. p. 854. habentur, ubi ſeries legitur Paſtorum Primariorum, qui Onoldi inde a Reformationis tempore, uſque ad A. 1720. vixerunt, quorum ultimum, in ordine decimum quintum, Summe Ven. Dn. D. Ioh. Guil. von der Lith / adhuc ſuperſtitem eſſe, obſervant Clariſſ. Collectores, &, ut ipſi ex alto benedicat Dominus, ut faciat fructus multos, precantur, cum quo voto noſtrum quoque, & multorum aliorum, ex animo coniungimus. Hic ergo p. 854. ſequens occurrit eorum de *Io. Rurero*, huc referenda, obſervatio: In Herrn *M. Rentſchens* Cedernhayn/*p. 631.*(*) ſtehet/*Iohannes Rurerus*, StadtPfarrer zu Onoltzbach / ſey 1528. auff dem *Convent* zu Schwobach geweſen. Man hat ſich aber bey dieſer *Serie* vorhero ſchrifftlich erkundiget/wo man ſich zu erkundigen hat / und zur Antwort bekommen / daß Herr Rurerus nicht StadtPfarrer in Onolzbach/ſondern StifftsPrediger *ad D. Gumberti* geweſen ſey. Hæc illi. Ex quibus clare



(*) Eundem locum ſupra p. 835. in nota (*) excitatum leges.

Landesbibliothek Oldenburg

cognoſcitur, Rurerum non Paſtorem Onoldinum, ſed ad D. Gumberti Eccleſiaſtem, fuiſſe. MStas, & avtographas quidem, habeo literas Ge. Vogleri ad Io. Rurerum, A. 1535. die Iovis poſt Dom. Oculi, ſcriptas, (ad quas ſuo tempore cum aliis evulgandas p. 836. me obſtrinxi,) quarum inſcriptio ſic habet: **Dem Erwirdigen H. Johann Rurer / Predigern jm Stifft zue Onoltzbach / meinem gůnſtigen lieben herrn vnd gevattern.** Hoc ipſo igitur in munere ſacro tum quoque conſtitutus erat, cum in fine A. 1534. eidem, cum aliis, iſtam Voglerus epiſtolam miſit, quam n. VI. legiſti, in qua & Ioan. Rurerum nominatim compellat, quem locum ex p. 799. huc referri, non abs re erit. A. 1530. IV. Cal. Mart. Andr. Althamerus *Ioan. Rurerum* & *SIMONEM SCHNEWEIS*, in Evangelio Chriſti Synmiſtas fideliſſ. devinctiſſimosque, vocavit. (*) Etiam in Spalatini Annalibus a Cel. D. Cypriano editis, p. 461. *M. Io. Rureri* fit mentio, item p. 223. & 442. pro Ioh. Rurck enim & Ioh. Ritter, legendum ibi eſſe, Iohann Rurer, alias demonſtrabo; ſicut & eadem p. 442.

minus

(*) Vid. Relatt. Innoc. 1713. p. 741.

minus bene legitur *Magiſter Simon* Schür=weiß/ qui p. 451. rectius *Simon Schneevveiß* ſcribitur: eſt enim ille, qui Articulis Smalcaldicis A. 1537. ita ſubſcripſit: *Simon Schnevveis Parochus Eccleſiæ in Crailsheim.* (*) Hunc namque Adami Candidi ſucceſſorem fuiſſe, ſupra p. 837. dictum eſt, ubi & p. 838. *Io. Rurerum* Comitiis Auguſt. 1530. interfuiſſe, oſtendimus. De *ANDR. ALTHAMERO*, Paſtore Primario Onoldino, evolvi merentur ea, quæ in Relatt. Innoc. A. 1713. p. 733. -- 742. & A. 1715. p. 85 -- 89. coll. A. 1720. p. 854. (ubi tamen pro p. 58. legendum eſt p. 85.) annotata leguntur. De BERNH. ZIEGLERO vid. eædem Relatt. Innoc. 1713. p. 740. & Faſc. huius p. 807. 808. Sed de his omnibus D. v. inpoſterum nonnulla adhuc dicendi locus erit. Tu interim L. B. in meliorem, quæſo, interpreteris partem, quæ pia mente a nobis hucusque prolata legiſti, & Optimum Numen enixe mecum preceris, ut Sereniſſimam Domum Brandenb. in conſtanti Evang. veritatis profeſſione ad finem usque mundi clementer conſervet.



(*) Vti in Rechenb. LL. Symbol. editione, Lipſ. 1677. 8. p. 338. & apud Seckend. ad A. 1537. L. III. §. LV. Add. (e) p. 153. col. a. videre eſt.

Landesbibliothek Oldenburg

# VIII.

# NOVA (*) LITERARIA
## cum Obſervationibus variis.

## LIPSIAE.

LVcem vidit M. Joh. Erhard Kappens/ꝛc. kleine Nachleſe einiger/ gröſten theils noch ungedruckter / und ſonderlich zur Erläuterung der Reformations-Geſchichte nutzlicher Urkunden. Anderer Theil. ꝛc. Leipzig/ bey Joh. Fried. Brauns/ ſel. Erben/ 1727. 8. 1. Alphab. 4. und ½ Bogen. Recenſ. tum alibi, tum in Bibl. Theol. P. XXVII. num. VI. p. 223. ſqq. ( ubi tamen pro II. Alphab. 2. Bogen / legendum eſt, I. Alph. 4. und ½ Bogen / quia ſignaturæ, ut vocant, primæ & ſecundæ partis continuantur. ) Eo libentius huius ſecundæ partis

(*) De variis rebus literariis Anni 1727. iis inprimis, quæ ad Academiam Tubingenſem, & Sueviam generatim, ſigillatim Ducatum Würtem-